

quos dominus Tammo miles dictus de Schassowe in feodo et uxor sua dicta Cecilia vitae suae temporibus quondam tenuerant de manu vestra. De quibus mansis Petrus dictus Coufman unum mansum, Hermannus secundum, Matheus dictus de Strele duos tenent de dicto milite domino Tammone, quos similiter de bona et libera voluntate totius vestri capituli et vestro consensu nobis et ecclesiae nostrae ex integro contulistis et tradidistis sub omni integritate iuris et domini superius expressi. Ut ergo vobis et ecclesiae vestrae nec non rei tam bona fide et sinceritate inita et completae omni cautione qua possumus plenissime caveamus, ut robur obtineat perpetuae firmitatis, praesens scriptum sigilli nostri una cum capituli nostri sigilli munimine duximus roborandum. Huius vero rei sunt testes dominus Henricus de Baruth, dominus Albertus de Redere milites, magister Wernerus de Lobde, magister Cunradus, magister Arnoldus, canonici Misnenses, dominus Cunradus canonicus Budisinensis et plebanus in Boruz, Hermannus de Paseliz, Henricus de Wilkeniz, Fredericus de Sathem, Henricus dictus Raspe, Heidenricus de Strumene, Vlricus de Sathem et alii fide digni. Actum et datum in Tyffenowe<sup>c)</sup> anno domini M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.LXII<sup>o</sup>. Nonas Maii, indictione quinta, pontificatus nostri anno XVIII<sup>o</sup>.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit den wohl erhaltenen Siegeln des Bischofs und des Capitels an rothen und gelben seidenen Fäden.

c) Tiefenau, Par. Spansberg.

### No. 193. 1263. 29. Mai.

*Probst und Capitel bestätigen einige bei dem Kaufe einer Hufe in Cossebaude gemachte Bestimmungen, namentlich auch die zu Gunsten der vom Pfarrer Conrad zu Boritz in der Domkirche gestifteten Vicarie des h. Andreas. Vgl. No. 207.*

Siffridus dei gratia praepositus, Gotsalcus decanus totumque Misnensis ecclesiae capitulum universis hanc litteram auditoris salutem in omnium salvatore. Ut ea quae rite et rationabiliter sincerisque actibus peraguntur firma et illibata in perpetuum custodiantur, pernecessarium est scriptorum serie perhennari. Notum igitur esse cupimus universis praesentem paginam inspecturis, quod de libera totius nostri capituli voluntate unanimi et consensu dominus Cunradus plebanus in Boruz pro novem marcis argenti absolvit mansum situm in villa Cozbude<sup>a)</sup> a dominis Gotsalco decano Misnensi ac Gerardo praeposito sanctimonialium sanctae Crucis, executoribus testamenti domini quondam praepositi Cristofori in Tzilowe<sup>b)</sup> bonae memoriae, quem pro totidem marcis idem Cristoforus compararat in eadem villa obedientarius dum fuisset, ita tamen, ut per absolutionem factam a praefato domino Cunrado de Boruz idem mansus allodio seu curiae in Cozbude cum omni iure et utilitate perpetuo deserviat et dominio ex integro maneat adunatus. Sane in compensationem dictae absolutionis dominus Erkenbertus praepositus Worcinensis ac obedientarius in Cozbude pensionem trium fertonum domino Cunrado memorato in manso, quem Johannes rusticus possidet, cuius curia sita est apud curiam Baz rustici, nomine nostri capituli assignavit, ut per singulorum annorum curricula libere et quiete remoto quolibet impedimento omnibus diebus vitae suae per-

a) Cossebaude; Par. Briesnitz. b) Zscheila bei Meissen.